

Ann 34, 2. p. 239  
Eodem 25. m. 58

1331 Febr. 19

In<sup>1)</sup> nomine domini amen. Nos Azo civitatis et comita-  
tus Mediolani gubernator et rector, Johannes Mediolanensis  
ecclesie ordinarius, Ludovicus, Ludovicus fratres dicti Johan-  
nis et Verellinus omnes de Vicecomitibus audito et  
sub certis scripturis autenticis percepto, quod coram sanc-  
tissimo in Christo patre et domino nostro domino Johanne  
XXII provisione divina summo pontifice per sapientes viros  
dominos Tompedam de Castana Moduciensis ecclesie  
canonicum, Mediolanensis diocesis et Leonem de Dinano  
iuris peritum, ambaxiatores et procuratores nostros  
nonnulla nomine nostro sunt confessata promissa iurata  
obligata excusata et protestata, que omnia et singula consi-  
deravimus diligenter et ex<sup>a)</sup> certa sciencia ratificamus et appro-  
bamus, rata grata et firma habemus omnia et singula,  
que per ipsos nostros ambaxiatores nuncios et procuratores  
coram superhabito domino papa dicta affirmata confessata  
protestata excusata promissa obligata et iurata  
existunt<sup>a)</sup> tam circa Ludvicum quondam ducem Bavarie  
dampnatum et Petrum de Corbario olim dampnatum quam  
circa eorum sequaces ab ecclesia devotatos seu devot-  
tandos et quoscunque alios quousque ad gremium  
ecclesie redeant et mandatis apostolicis se disponant  
ipsorumque adiutorium consilium et favorem quam  
circa cardinalatus et legationis a me, Johanne, a Petro predicto  
olim apostatico, seu vicariatus civitatis et districtus  
a) getilgtes et darro.

1) Uberschrift: Item mobilium de Mediolano .s. ratificatio.